Eſt & alius itẽ †antiquus vocatus ſimi παλαιὸς
lis niui ſeu ſpumæ marinæ. hunc tra-
dunt fabulatores tum venenatas be-
ſtias, tum etiam ſpectra metuere.

VII.

Ligyrius vel Lyncurius gẽma. De hu
ius inuẽtione vel apud naturæ indaga
tores, vel apud alios veteres, qui harũ
rerũ meminerũt, nihil cognouimus.
Inuenimus tñ Lancuriũ gemmã voca
tã, quã vulgari lingua Laguriũ appel-
lant. Et fortè puto hunc eſſe Lyguriũ,
quandoquidẽ diuinæ literæ nomina
tranſpoſuerũt: exẽpli gratia, Smarag-
dũ, Praſinũ appellãtes. Et inter nomi
na gemmarũ Hyacinthi, qui & p̃cipuꝰ
& precioſus eſt lapis notusq; omnib.
nõ meminerũt: vt in mentẽ nobis ve-
nerit, num fortè ligyriũ hanc gemmã
appellet ſancta ſcriptura. Hyacinthꝰ
igit̃ diuerſas habet formas. Quo enim
reperit̃ colore ꝓfundior, eò cæteris p̃
ſtãtior eſt. Similis eſt colori lanę q̃ ſup
purpuraſcit aliquatenus. Quaꝓpter

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG